Gesta Romanorum

[Strassburg: Drucker der 'Vitas Patrum'], [ca. 1484] Seite 31



Christus cū pceperit sic militē suū triumphare dabit tibi vxorē castellanā .s. grām suā: q̄ custodiat castṝ cordis tui vt poteris deo p oīa placere. Sed sepius ↄtingere videm⁹ q̄ pentes carnales ⁊ mūdi vanitates talē sequūtur ip̄z ad malū instigādo ⁊ ponūtur in cordis tui lecto te pbare sic̄ fecerat Job. sed r̄sisti to fortiter ⁊ cū gladio pn̄ie eas deleas. vt d̄r in figura huius q̄ absolō pseqn̄s pr̄em per capillos suspēsus est in quercu. ⁊ Joab infixit tres lanceas in corde suo. Quercus ista est ↄcupia. Capilli carnalia d̄sideria. Vulnus transiēs est caro moriens. Joab dyabol⁹ tres lanceas dū viuit .s. cogitatiōes d̄pationes ⁊ cōsuetudines infigit. ⁊ in morte tres angustias .s. irā dei quē offendit. Carentiam celi q̄d amisit. Penā infernalem quā meruit. Istos parentes debes occidere gladio penitentie ⁊ post hec ad flumina sacre scripture pgere ⁊ ibi domū salut̄ erigere .s. orōem ieiuniū ⁊ elēosinam ppetrare ⁊ sic per ↄseqn̄s deū in lecto cordis tui poteris requirere ⁊ ad vitā eternam peruenire Ad quā. ⁊c̄.

De peccato superbie. Ca. xix.

Egitur in gestis romanoꝝ: q̄ erat quidam princeps romanoꝝ noīe Pompeyus. hic duxerat filiā cuiusdā nobilis qui cesar vocabat̄. Hi duo ↄuenerūt inter se q̄ totius orbis dn̄ium suo imꝑio subiugarent. Accidit vt pompeyus mitteret cesarem ad expugnandū plagas diuersas. q̄z iuuenis erat ⁊ ip̄m decuit laborare. Ipse autē tanq̄ principalis ciuitatē romanā a plaḡ illis custodiret. p̄fixit tn̄ sibi terminū redeūdi sub spacio q̄nq̄ annoꝝ q̄ si non faceret iure suo ꝑpetuo priuaret̄. Cesar autē exercitum collegit ⁊ ad illas ꝑtes perrexit. Inueniēs hoīes bellicosos q̄s nō poterat ī prefixo termino supare. Nollens pompeyum offendere q̄z bellū dimittere ex capite ꝓprio alienauit se aliis quinq̄ annis q̄d grauiter portabat pompey⁹ interdixit sibi ciuitatē romanā. ita q̄ non auderet ad eū vlterius appropinquare. Cesar vero finito bello iter arripuit versus romā venit per quandā aquā cū exercitu suo que quidā aqua vocabatur rubicen. et ibi apparuit ei quedam imago magna stans in medio aque ⁊ loquebat̄ ei di. Cesar: si venias pro pace romana liceat tibi vsq̄ huc venire. si autē non presumas intrare. Cui cesar respondit. Sēꝑ militaui ⁊ paratus sū ōnes labores sustinere ꝓ honore ⁊ ↄmodo ciuitatis romane ampliādo. ⁊ sp volo: diis meis testibus quos adoro. His dictis imago disparuit. Post hec statim cesar percusso dextrario flumē trāsiuit. s̄z cū pertrāsito flumīe stetisset ex alia parte mox ait Hic pace temerata q̄z iura relinquo ⁊ ab illo die non cessauit pompeyū ꝑsequi ⁊ in q̄ntum potuit destruere nitebat̄

Carissimi: Moralisatio

Per hunc senē pompeyum intelligit̄ de⁹ creator ōniū qui sp fuit ab initio ⁊ erit sine fine. ꝑ cesarē intelligo adā qui fuit princeps oīm hominū: cui⁹ filiā .i. aīam deo desponsauit in fidē Osee. ii. Desponsabo te mihi in fide. De⁹ igit̄ volens ꝓbare adā posuit eū in ꝑadisū vt operaret̄ ⁊ custodiret illū: qui stati de statu suo supbiens volēs sue vxori placere ⁊ dyabolo acquiescere vnicū p̄ceptū q̄d de⁹ ei dederat violabat, ꝓpt̄ q̄d de⁹ eū expulit n̄ solū de ꝑadiso s̄z etiā de celesti imꝑio Adā tn̄ spans se posse recuꝑare q̄d ꝑdiderat ad h̄ postea in q̄ntū potuit laborabat. sed ꝯe attīgerē n̄ valebat vs̄z ad aduētū dn̄i nr̄i ihesu xp̄i imagīs nr̄i q̄ apparuit baptisat⁹ ī aq̄s iordanis dn̄s xp̄o ⁊ saluatorē

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-91/0028
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG